

Analecta coleopterologica.

Auctore

Andrea Semenov, petropolitano.

VIII *).

81. Nominibus „*Microcephalus*“ et „*Microcarenus*“ occupatis in zoologia, illo a. 1825 et antea¹⁾, hoc a. 1895, beatus T. Tschitscherin genus *Microcephalus* Dej. 1828 nominandum proposuit *Caletor* Tschitsch. 1903 (Revue Russe d'Entom., III, p. 227). Cum etiam nomen „*Caletor*“ occupatum sit in zoologia (Loman, 1893), genus *Microcephalus* Dej. in memoriam Tichonis Tschitscherini nominandum propono *Tichonia* (nov. nom.), unde et *Platysmatinorum* subtribus *Microcephalini*, a Tschitscherin a. 1898 (in Hor. Soc. Ent. Ross., XXXII, p. 46) instituta, *Tichoniini* appellanda.

82. Genus *Eriocypas* Tschitsch. 1901 (Horae Soc. Ent. Ross., XXXV, p. 225) conjungendum est cum genere *Eriotomo* La Brûl. 1873, nam *Eriotomus tomentosus* (Dej.) nullo signo generifico ab *Er. caucasicus* (Dej.) et *ciloso* (Reiche) discedit. Hanc opinionem beatus Tschitscherin ultimam habuit.

83. *Brosicus declivis* Sem. 1889 (Horae Soc. Ent. Ross., XXIII, p. 392) est distinctissima species, quae a *Br. cephalote* (L.) praeter insignia jam l. c. allata perquam discrepat tarsorum anticorum maris articulis solum duobus basalibus modice dilatatis subtusque sat anguste pulvillatis, oculis extrorsum minus eminentibus, temporibus longioribus, oculos a tergo magis amplectentibus, ad hos minus abrupte buccatis. *Br. declivis* habitat, quantum constat, solummodo montana systematis Tjanshanie in finibus Rossiae: ad lac. Issyk-kul, montes Alatau Transiliense (D. Ignatjev! 1886, collector anonym. F. Hauseri!).

^{*)} Cf. Revue Russe d'Entom., 1904, p. 119.

¹⁾ Cf. Revue Russe d'Entom., 1902, p. 353.

84. *Clivina carinifrons* Ritter 1900 (Wien. Ent. Zeitg., XIX, p. 225; tab. II, fig. 1) e Bucharia orient. sec. beatum Tschitscherin in litt. est prima species palaearetica generis **Coryza** Putz. 1866 (cf. Revis. génér. des Clivinides, sépar., p. 194).

85. *Trechus kokujevi* Tschitscherin 1898 (Wien. Ent. Zeitg., XVII, p. 92) = *Thalassophilus longicornis* Sturm 1825. Quam synonymiam beatum T. Tschitscherin ipse observavit atque in schedulis instituit.

86. *Discoptera przewalskii* Sem. 1889 (Horae Soc. Ent. Ross., XXIII, p. 396) secernenda est saltem in subgenus peculiare, etsi subgen. *Discopterae* Sem. 1889 s. str. proximum, tamen distinctissimum imprimis structurā metasterni cariniformiter haud elati. Quod novum subgenus **Discopterella** nominandum propono. Praeter *Discopterellam przewalskii* mihi altera ejusdem subgeneris species innotuit, quam brevi tempore describere in animo habeo.

87. *Dromius triangularis* Sem. 1889 (Horae Soc. Ent. Ross., XXIII, p. 395) e montibus Dshungariae rossiae (Semiretshje) = **Dromius ruficollis** Motsch. 1844 (var.).

88. *Haliplus lapporum* C. G. Thomas. 1860 progreditur orientem versus saltem usque ad Irkutsk in Siberia orientali, unde habeo hujus speciei specimen a B. E. Jakovlev lectum.

89. Specimina *Halipli flavicollis* St. e Turkestania [Aulie-ata (E. Willberg!)] differunt ab europaeis (ante oculos habeo specimina e Moraviā atque e parte meridionali prov. Rjazanensis Rossiae europ.) colore totius corporis pallidiore, pronoto serie antebasali punctorum majorum minus expressâ, e punctis minoribus compositâ, medio late interruptâ (nam puncta seriem formantia ibi deminuta cum ceteris punctis cofunduntur): punctis striarum clytralium crassioribus. Quam formam var. **pallida** (n.) nominandam propono.

90. *Haliplus jakovleri* Sem. 1898 = **Haliplus fluvicollis** Erichs. 1837. *H. schaumi* Solsky 1868 = **Haliplus fluviatilis** Aubé 1838 (sensu Ganglb. 1892). Cf. Revue Russe d'Ent., I, 1901, pp. 144, 145.